



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi  
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

**Acquaviva, Claudio**

**Coloniæ Ubiorum, 1616**

63 Particeps ego sum omnium time[n]tium te: & custodientium ma[n]data  
tua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](#)

**63** Particeps ego sum omnium timen-  
tium te, & custodientium man-  
data tua.

**H**ebraicè, coniunctus, socius, copula-  
tus. D. Augustinus, id ex persona Chri-  
sti Domini dictum interpretatur : de quo  
& Apostolus loquitur. Quia communica-  
uerunt pueri carni, & sanguini, & ipse si-  
militer participauit eisdem. Et Propheta.

**Heb. 2.**

**Psal. 88.** Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiae præ-  
participibus tuis, vel confortibus tuis. Et  
vicissim de nobis dicit Apostolus. Parci-

**Heb. 3.** pices enim Christi facti sumus. Quia coniunc-  
tio tanquam membrorum cum Christo  
capite fons nobis est bonorum omnium.

**Dignitas** Sed ex hac participatione alia emanat, vt  
ex cōmu- simus inuicem membra. O quid facit cō-  
nicatione paginatio in uno corpore ? viuificatio ex  
Sanctorū. vno spiritu ? Omnes vnum corpus sumus,

**2 Cor. 10.** & arctissimo nEXI vinculo ; qui de vno pa-  
ne, & de vno calice participamus. Quanta  
dignitas ! Quale gaudium ! Quam sublime,  
quam amplum exigit pectus, mēbrum  
esse Christi atque in eodem corpore Pro-  
phetis, Patriarchis, Apostolis Martyribus  
esse concorporeum ? vt excellenti participa-

**I. Cor. 12.** tione, si quid patitur vnum membrum,  
compatiantur omnia membra : vt & in hac  
vita operum, ac dignitatum Sanctorum  
participes simus, & in alia eiusdem gloriæ  
confortes ? Vide quid faciat hæc unitas.

Quan-

IN PSAL. CXVIII. 405

Quantum est, & quale participem esse Petri: participem esse Pauli: ut etiam infirmi quique, modo in Ecclesia permanentes, & caritate coniuncti, perfectissimis copulentur? Sic B. Gregorius illud interpretatur, *Lib. 35.*  
quod Iob filiabus inter fratres hereditatem *mor. c 24.*  
dederit, & partem. Ipsæ ergo ( inquit hic *Iob 42.*)  
Sanctus de animabus loquens) ex perfectorum merito speciosæ memoratur: ipse etiā  
quasi ex imperfectorum typo velut infir-  
mæ hereditatem inter fratres accipiunt.  
Visus namque virtutæ veteris non habebat, ut  
hereditatem feminæ inter masculos sorti-  
rentur, quia legis severitas fortia eligens,  
infirma contemnens, distracta potius stu-  
duit, quam benigna sancire. Sed pio nostro  
Redemptore veniente nullis infirmitatis  
sue cōscius, de sortienda cælestis patrimo-  
ni hereditate desperet. Pater enim noster  
inter masculos etiam feminis iura succes-  
sionis tribuit; quia iuter fortes, atque per-  
fectos, infirmos, & humiles ad sortem su-  
pernæ hereditatis admittit.] Vbi & Petri, &  
Pauli, & Sanctorum omnium gaudiūno-  
strum erit. Quam sublimes diuitiae, quam  
inexcogitabiles thesauri? Quia enim Sæti  
in Patria magis de dñina gloria, quam de  
proprio gaudio gaudent, in quo plus glorifi-  
catur Deus, quia maiori gloria fruictur,  
in illo plus etiam inferior gaudet, & tan-  
quam proprium bonum, sed perfectius, &  
jublimius in gloriam Conditoris refert.

64 Mise-